dicinalis, quis diligeret eam? Ille dicit, petra, iactata in ſtercore, & poſtq̃ eſt iactata in ſtercore nõ eſt herba: qa herba nõ poteſt diuidi per quatuor elemẽnta: qđ ſit piecta in ſtercore, & nõ ſit arbor: ergo nõ põt eſſe arbor nec petra, remanſit beſtia. Ille dicit qđ eſt cara apud reges, & leuis apud paupes: & iam diximus qđ nõ põt eſſe beſtia in ſtercorib. q̃ duret xij. menſibus in antea: ergo qũo poteſt eſſe, qđ iſta beſtia ſit cara apud reges, & leuis apud pauperes? Ille dixit, petra inuenitur in arena, & non poteſt eſſe qđ beſtia viuat in arena. Ergo diximus, quòd petra de Geber Abenhaen nõ eſt herbalis, nec petralis, neq; ſpiritualis per iſtas rationes quas diximus: & rationes non dixit, niſi vt obſcuratũ eſſet legentib. & per impinguare corda hominũ, & per cõuertere de gracili groſſum, & de aere qui aſcẽdit ſurſum, vertere deorſum. Sed omnes ſapiẽtes intelligũt res de reb. & verba de verbis: quia nunq̃ Geber Abenhaen voluit hæc verba dicere, vt homines intelligát. Sed dixit ea, vt turbaret corda ſapientũ, & adhuc magiſter dicit, qđ de ſua alexir ſi darẽt fęminę pręgnãti, de fęmina efficeretur maſcul9. Et dicit de ſua alexir, Si quis ſepeliret in quatuor partibus alicuius ciuitatis non ingrederetur ibi neq; rata, neq; raton, neq; alia res polluta: Et dicit, quod ſi de illa alexir biberet æger, quácunq; infirmitatem pateretur, ſanaretur. & dicit de talibus verbis & ſimilib. de quibus oẽs

libri